

Reg. 20.  
vraa.  
aictan.  
bulent.  
anch.  
cornef.  
agnin.

Saul aduersus Ionatham dixit ei; fili mulieris vitro  
virum rapientis. 1. Reg. 20. num. 30. Id est filij merce-  
triciis, ac lasciuæ fœminæ, vt communiter ex-  
plicanc expositores Lyranus, Caietanus, Abulen-  
lis, Sanchez, Cornelius, & alij. Pagninus ex He-  
bræo vertit. filij peruersæ rebellionis. Et sicut in vna  
peruersa rebellionis omnia mala inuoluuntur, sic  
cum vna luxuriante fœmina omnia vitia defe-  
runtur.

93.

Cum Abrahamus prope esset, vt ingredere-  
tur Ægyptum, & agnouisset Saram esse pulcher-  
rimam, ait ei; Cum viderint te Ægyptij, dicturi  
sunt, uxor illius est, & interficient me, & te  
referuabunt, Genes. 12. num. 12. Cur Abrahamus  
ab Ægyptiis timeret mortem, cum nullam in-  
iuriam, ac crimen erga eos commisisset? agnos-  
cebat illos Patriarcha libidine infectos, inde me-  
ritò ab eis homicidium, ac omne malum perti-  
mecebat. Sapienter aluitur Gildas libro de exci-  
dio Britannia. Auditur fornicatio, ait, qualis nec  
mer gentes, non solum verò hoc vitium, sed &  
omnia, quæ humana natura accidere solent. Et D. Da-  
mascen. lib. Gomorthiano siue Opuscul. 7. cap. 20.  
Non à sano intellectu abhorre merio creditur, si  
quod dictum manus vestrae plene sunt de peste im-  
mundiciæ dictum esse videatur. Vide tom. 2. cap. 5.  
quæst. 39. num. 257. 258. & tom. 3. cap. 15. quæst. 5.  
num. 37. & 38.

Genef. 12.

ex animo lu-  
riantem, om-  
ne malum  
includunt.  
Gildas.

Damasce.



CAPVT XVI.

Disputat IESVS cum Iudæis.

Iohan. 7. n. 12. Iterum ergo locutus est eis  
IESVS, dicens: Ego sum  
lux mundi: qui sequitur  
me, non ambulat in te-  
nebris, sed habebit lumen  
vitæ.

Nym. 13. Dixerunt ergo ei Pharisæi:  
tu de te ipso testimonium  
perhibes: testimonium  
tuum non est verum.

VERSIONES.

Marius Victor. Ego sum lumen mundi.

Affric. lib. 1.

contra Arium.

Arabicus. Deinde locutus est eis  
IESVS iterum.

Syriacus. Qui post me venit, non  
ambulabit in tenebris sed  
inueniet sibi lumen vitæ.

Vatiblus. Nequaquam ambulaue-  
rit.

Arias n. 13. Tu de te ipso testaris.

EXPOSITIO I.

RESSENS Domini sermo cum antece-  
dentibus dupliciter connecti potest. Pri-  
mò cum præcedenti absolutione de  
adultera, vt Glossa, D. Anton. Vlyssiponef. in sab-

I.  
Connectio  
cum præce-  
dentibus.

bato post Dominic. 4. Quadrages. D. Thomas,  
Carthusian. Dixerat Dominus mulieri, absoluens  
eam à crimine: Nec ego te condemnabo. Vade  
in pace. Et quia dubitare poterat quomodo ipse  
peccata dimitteret, apertius explicat Diuinitatis  
suar potentiam, dicens se esse lucem non creatam  
sed increatam, totius nempe mundi, qui peccati  
tenebras potest depellere. Secundo continuatur  
litera, Cum D. Chrysostomo, Theophylacto,  
Leontio, Ammonio, & etiam D. Thoma, ac  
D. Bonaventura. Dixerunt Pharisæi supra cap. 7.  
num. 52. Nicodemo antecedenti die. Scrutare  
scripturas, & videbis, quod à Galilea propheta non  
surgit. Negabant esse eum prophetam, vtpote  
Galilæum, ad quod alludens Christus, cum ve-  
nisset diluculo in templum, sedens docebat eos,  
vt dicitur hoc cap. 8. num. 1. se nempe esse lucem  
vniuersalem, non Galilææ, vel Palestinæ, seu  
Iudææ, sed totius mundi. Hunc sermonem Scribæ,  
& Pharisæi venientes cum muliere adultera inter-  
ruperunt, finita quæstione cum eis, dimissaque  
muliere, suum sermonem inceptum prosequitur  
Dominus. In hac sententia sunt Recentiores,  
Toletus, Lucas Burgensis, Cornelius: fauet il-  
la dictio in textu. Iterum. Et maximè Arabi-  
cus vetrens. Deinde locutus est eis Iesus ite-  
rum.

Glossa.  
D. Thom.  
Anton.  
Carthus.

Chrysoft.  
Theophyl.  
Leontius.  
Ammon.  
D. Thomas.  
Bonauen.  
Ioan. 7.

Tolet.  
Luc. Burg.  
Cornel.  
Arabic.

Carthus.  
Matth. 5.

Istai 9.  
Glossa.  
Cyprian.

August.  
Euthym.  
Beda.  
Heric.

Cyriil.

3.

Iterum ergo. Ergo, particula illatiua est, & est  
sentus. Postquam Dominus absoluit negotium  
mulieris adulteræ, iterum reassumit suum sermo-  
nem; quo coeperat concionari. Ego sum lux mun-  
di. Ego qui sum verus filius Dei, non sum lux  
alicuius prouinciæ particularis, vt Propheta, Galil-  
ææ v. g. vel Iudææ, & etiam Apostoli; nam vt no-  
tat Carthusianus, quilibet eorum ad peculiare  
regiones missus est; nec sum lux per participatio-  
nem, quo sensu. Matth. 5. num. 14. Apostoli di-  
cuntur lux mundi, sed sum ipsamet lux per natu-  
ram, quæ illuminat omnem hominem venientem  
in hunc mundum, vt aduertunt Chrysostomus,  
Theophylactus. Ac proinde significat vniuersum  
mundum extra se esse constitutum in tenebris, &  
obscuritate. Populus, qui ambulabat in tenebris, vi-  
dit lucem magnam, Isai 9. n. 2. Qui sequitur me.  
Glossa, fide, dilectione, adimplectione meorum  
præceptorum. D. Cyprian. lib. de zelo, & liuore.  
Sequitur autem Christum, ait, qui præceptis eius  
institit, qui per magistrum eius viam graditur, qui  
vestigia eius, ac iuicera sectatur. Subditur. Non  
ambulabat in tenebris, peccati, ignorantia, ac er-  
rorum. Sed habebit lumen. D. Augustinus, Euthy-  
mius, Beda, Hericus: lumen gloriæ beans fide-  
les, ecce quanto præmio afficitur, qui Christum  
sequitur, vno in hac vita, altero in futuro; tam-  
men plenissimè. Per lumen vitæ, intelligitur lu-  
men fidei cum prudentia, ac sapientia Christiana;  
Cum magna cognitione, ac intelligentia rerum  
diuinarum, dicitur lumen vitæ, quia fides sicut  
fax ducit nos inoffenso pede in vitam. D. Cyrillus  
in codice Romano. Qui sequitur me, ait, vite lu-  
cem lucrabitur, id est eorum, quæ in me sunt myste-  
riorum reuelationem; ipsum in vitam eternam poten-  
tem ducere.

Dixerunt ergo Pharisæi. Ex responsione data in  
causa mulieris Adulteræ, Pharisæi vnus post vnum  
discesserunt, qui nepe mulierem accusabant, hi au-  
tem erant alij distincti ab accusatoribus; ad impu-  
gnandam veritatem nunquam desunt Pharisæi,  
nec maligni absunt. Tu de te ipso testimonium  
perhibes. De te ipso testaris, teque ipsum laudas,  
vt

Beda.  
Carthus.

vt inquit Beda, Carthusian. de teque ipso  
magnam rem testificaris, quòd scilicet sis lux  
mundi. Testimonium tuum non est verum. Id est  
non est legitimum, ac fide dignum; Nam lege  
humana cautum est, ne quis in re propria credatur  
Iudæi de suo more in hoc multum errant, quia  
Christus pro se multos testes adduxerat; vnde  
ait Theophylactus. O insipientiam! Ipse sursum,  
deorsum, scripturas trahit, quæ testantur, &  
ipsi arguunt eum quasi de se testetur.

Theophyl.

QUESTIO I.

Quare Christus Dominus se lucem mundi  
appellat?

4.

DECIPIEBANTVR Manichæi existi-  
mantes Christum esse hunc solem visi-  
bilem. Sol enim lux est mundi; hanc  
eorum fatuitatem, & dementiam refutat D. Au-  
gustinus tract. 34. in Ioan. Non est, ait, Domi-  
nus Christus sol factus, sed per quem sol factus est.  
Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum  
est nihil. Est ergo lux, quæ facit hanc lucem, hanc  
amenus, hanc intelligere cupiamus, ipsam sitiamus,  
vt ad ipsam lucem aliquando veniamus. Ad quæstio-  
nem illius rationes inquiramus.

August.

5.

Carthusian.

Respondet primò Carthus. Christus Dominus  
secundum quòd Deus est, lux est increata, ætea-  
na, infinita, essentialis, fontana, omnem men-  
tem creatam intus illustrans lumine naturæ, & gra-  
tiæ, vel gloriæ. Secundumque naturam assump-  
tam est lux mundi, scilicet hominum vniuerso-  
rum. Lux, inquam, participata non substantia-  
liter, sed propter plenitudinem gratiæ, sapientiæ,  
& sanctitatis sibi insula, de cuius plenitudine nos  
accipiendo illuminamur ab eo. Illuminauit enim  
Christus omnem mundum docendo, conuer-  
sando, & miracula faciendo, documentaque suæ  
sanctissimæ vitæ exhibendo.

6.

Cregor.

Pro quo argumento multum facit id, quod notat  
D. Gregor. Magn. Præfatione in Job cap. 6.  
ait: quod in veteri lege tanquam in quadam  
nocte antiqui Patres veluti astra quædam præcesse-  
runt, quousque Christus Dominus in fine no-  
ctis surrexit. Ad ostendendam innocentiam venit  
Abel, iniuste à fratre occisus; ad manifestandam  
obedientiam venit Abraham, qui ex Dei manda-  
to filium suum in holocaustum offert: ad insinuandam  
longanimitatem spei, & operis venit Noè,  
qui in arca inclusus, à diluio fit superstes: ad  
demonstrandam coniugalitatis vitæ castimoniam ve-  
nit Isaac; ad persuadendam laborum tolerantiam  
venit Iacob, qui sole, ac gelu vrebatur. Venit  
Moyfes in mansuetudinis exemplum, & sic de cæ-  
teris. In fine huius noctis venit Christus Iesus  
vetus Sol, in quo fulget omnis virtus, omnis ius-  
titia, omnis sanctitas, quam nos imitari debemus,  
& ad eius normam omnes nostras actiones com-  
ponere.

Patres anti-  
qui astra in  
nocte, Chri-  
stus sol re-  
fulgens.

7.

Augustin.

Secundò, D. Augustinus in Psalm. 84. Qui di-  
xit, ait, ego sum lux mundi, vocat te ad se; cum  
vocat te, conuertit te; cum conuerterit te, sanat  
te; cum sanauerit te, videbis conuersorem tuum,  
cui dicitur: Plebs tua laudabitur in te. Christus lux  
est mundi, non sibi, sed nobis, sua luce vocat nos  
ad se, conuertit ad se, vt nos sanet, vt cumque

Deus nos ad  
se vocat, vt  
in eo exalte-  
mur.

videamus, in eoque omne gaudium habeamus,  
ac in ipso lætemur.

Tertiò, Rupertus in Ioann. Vide, ait, quàm  
breuiter, quàmque magnifice expressit Dominus,  
nihil inuidiam impiorum hominum posse nocere,  
gloria Dei, ac si diceret: non deridendi essetis, si solem  
istum exsufflando extinguere, vel aërem pugnis ver-  
berando, de magno calis candelabro deiicere, &  
sub modium condere conemini? Nempe huic simile  
est hoc, quod meum nomen delere, vel famam meam  
extinguere contenditis. Ego enim sum lux mundi,  
&c. Sic fe appellat Christus Dominus, vt ostendat  
suam supereminentiam, & excellentiam, cui  
à nulla creatura aliquod nocumentum siue in se,  
siue in suo nomine, vel fama potest inferri. Non  
accedet ad te malum, & flagellum non appropin-  
quabit tabernaculo tuo. Psalm. 90.

Rupert.

Christo non  
potest creatu-  
ra inferre noc-  
umentum.

Psalm. 90.

9.

Cyrillus.

Quartò, D. Cyrillus Alexandr. lib. 5. in Ioann.  
cap. 19. Sum lux vera, ait, non lux alternationem  
noctis sustinens, aut luminis interpolationem, vel suc-  
cedentes vicissim habens tenebras: sed perpetuò ra-  
dians, & intima cordis noua, semperque fulgenti  
claritate perlustrans. Non item lux certis constructa  
sinibus, neque Galilæa conclusa limitibus, sed totius  
mundi spatium meo lumine replens. Christus Domi-  
nus dicitur lux mundi, lux perennis, & continua,  
quæ nullis noctium tenebris in benefaciendo in-  
terruptitur, sed in nos perpetuò sua dona diffun-  
dit, & hoc non aliquo limite concluditur, sed ad  
omnes extenditur.

Dei dona in  
nos sine in-  
terruptione.

10.

Dionys.

Rex ad om-  
nes aequaliter  
sua dona ex-  
tendat.

Quintò, D. Dionysius Alexandr. contra Pau-  
lum Samosatensem. Ego sum lux mundi, ait, qui est  
Dominus mundi. Vt hoc exemplo discant princi-  
pes, vt in omnes, etiam humiles, & abiectos  
extendant suos radios, omnes enim lux æqualiter  
lustrat, omnemque locum etiam vilem vniuersim-  
ter penetrat. Sextò, D. Thomas. Lux, ait, facit  
res omnes actu intelligibiles. Per lucem Christi  
omnia sunt intelligibilia; diuina, vt eorum  
excellentiã agnoscamus; temporalia, vt eorum  
vilitatem, & abiectiõnem penetremus; nam  
illa diuina celsitudo considerata, omnia hu-  
iufmodi sterora arbitrantur, vt ait Paulus ad  
Philip. 3. v. 8.

D. Thom.

Philip. 3.

Septimò, Sancta Ecclesia in symbolo profite-  
tur. Lumen de lumine. Si ergo ipse est lumen de  
lumine, quomodo se vocat lucem mundi? Opti-  
mè sanè; ex eo enim, quòd ipse est lumen de lum-  
ine, bene sequitur quòd sit lux mundi; afflatus  
enim diuini Spiritus est, vt dona obtenta aliis  
communicentur. Vnde Christus Dominus cum sit  
lux mundi, suos Apostolos appellat lucem mun-  
di. Matth. 5. num. 14. Excellentiam enim prælu-  
cendi vita, & exemplo, ac doctrina, non in se  
omnino continuit, sed etiam ad alios extendit,  
eamque illis communicauit.

11.

Diuinitatis  
est bona sua  
aliis commu-  
nicare.

Matth. 5.

Octauò, & etiam moraliter. Lux mundi dici-  
tur; lux huius sæculi quotidiano cursu se in no-  
ctem abscondit; sicque diuini fauores aliquando  
intermittuntur, vt homo magis exerceatur, ac  
proberetur. Ex suauitate diuinæ præsentia delecta-  
ta sponfa dicebat. Indica mihi quem diligit anima  
mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, Cantic. 1.  
n. 7. statim cap. 3. n. 1. ait, in lectulo meo per noctes  
quiescui, quem diligit anima mea: quiescui illum, & non  
inueni. Valdè mirum, quòd sponfa, quæ inter meri-  
diana pascua, meridianisque accubitus dilectum in-  
dagabat, iam per noctes valdè sollicitè ipsum qua-  
erat; & nõ inueniat? forsitan per noctes querit, quia  
sub meridie non inuenit? Inuenit sanè, suo posita  
desiderio

12.

Felicitarius  
succedunt ad  
ueritates.  
Cantic. 2.  
Cantic. 3.

desiderio est; sed ubi sub meridie tenuit eum, statim ad noctem declinavit, ad noctem, inquam, tribulationis, & persecutionis, vt exponunt Theodoretus, & D. Ambrosius. ferm. 7. in Psalm. 118. vers. 7. Vt tribulationum pressuris anima maximè exercitaretur. D. Bernard. ferm. 32. in Cantic. Desiderium, ait, cordis eius tribuetur ei. Ex parte tamen, idque ad tempus, & tempus modicum. Nam cum multo labore questus adfuerit, subito dum teneri putatur, illabitur: ita ergo potest esse de presentis sponsi latitia, sed non copia: quia etsi visitatio latificat, sed molestat vicissitudo.

13. Cum ingrederetur Iacob terram Chanaan fuerunt ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidisset, ait: castra Dei sunt hæc. Genes. 32. num. 1. Qui Angeli, vt explicant Origenes, Procopius, Rupertus, erant Angeli custodes Prouinciarum, qui multa beneuolentia Iacob salutantes ei occurrerunt; postea verò traductis omnibus suis nocte remansit solus; & ecce vir luctabatur cum eo usque mane. Genes. 32. num. 24. Quid est, quod in die habet Angelos cum multa gratulatione ei occurrentes, nocte verò luctamine manus conserit cum Angelo? Denotabatur, quod si & aliquando eius nepotes in die felici multa prospera in terra illa esset habituri, tamen aliquando luctaminis, ac tribulationis nox erat eis successura. Lypoman. Ingredebatur, ait, Iacob nocte illa terram promissam, & cognoscebat in Spiritu aduersitates, ac prosperitates suorum, pro quibus orabat.

QVÆSTIO II.

Quare Christus Dominus dicitur, Lux mundi, & non potius, Sol mundi?

14. August. Quæstionem potest primò responderi ex D. Augustino tract. 33. in Ioan. Et si nolueris, ait, solem deserere, ipse te deseret; seruum tuum necessitate peragens diem. Deus tuus ubique totus est, si non ab illo facies casum, nunquam à te ipse facit occasum. Lux Christi multum discrepat à luce solis, quauis nolueris lux solis aliquando te deserit sui cursus necessitate. At si tu volueris nunquam Christus te deserit, si enim tu ab ipso non discedas, ipse nunquam à te discedit. Vnde ait: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

15. Secundò, Sol multum inæqualis est in suo effectu præstanto, quosdam enim homines facit albos, alios nigros; quædam loca fecundat magnis fructibus, alia replet auro, argento, ac gemmis pretiosis; quædam verò loca sterilia, ac infructifera reddidit: lux verò ad omnes æqualiter se extendit, omniâque vniformiter lustrat; Christus Dominus totius orbis princeps dicitur Lux mundi, vt ab ipso discant vniuersi Reges æqualitatem in suis fauoribus repartendis obseruare.

16. Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Genes. 1. n. 3. Quæstionem excitat Hugo à S. Victore lib. 1. de Sacrament. cap. 8. Cur Deus distinctè incipiens sua opera à luce incæpit? cum quodlibet animal in perfectione lucem excedat, si quidem vita, sensûque caret. Cur ergo Deus exordium primi diei à nobilitiori specie non desumit? Inter cætera, quæ creata sunt, lux cum omnibus maiorem æqualitatem seruat; nam quodlibet animal

Th codor. Ambros. Bernard.

Genes. 22. Origenes. Procop. Rupert.

Post prospera eueniunt aduersa.

Lypoman.

Ob nostrum recessum à Deo Deus à nobis recedit.

Princeps tenet æqualitatem in suis donis distribuentis.

Genes. 1. Hugo.

Æqualis distributio in donis.

magis est sibi, suæque speciei, quàm aliis; aqua maximè est conueniens piscibus, terra animalibus, aer volucris, sicque sol, luna, ac planeta maiorem influentiam habent in quibusdam, quàm in aliis, at lux maximè vniformiter per omnes spargitur, in omnèsque irradiat, hinc Deus ab ipsa in suis operibus particularibus sumit initium, vt hoc sit documentum cunctis principibus, quod æqualitas in fauoribus sit initium, ac mensura suarum actionum. Dracontius in signis Pœta lib. 1. de opere sex dierum: sic canit.

Quæ totum præcessit opus, quod continet Orbis, Quæ cunctis præuenit iter, lucemque coruscant.

Enarrat sacer Textus, quod Paradisi fons in quatuor flumina diuiditur, vnus est fluuus Phison, qui circuit terram Heuilath. Secundus est Gehon illabens per terram Ægypti. Tertius est Tygris, qui per Assyrios vadit. Fluuus autem quartus est Euphrates. Genes. 2. num. 14. Quæstio agitata est, cur de aliis fluiuis exprimitur terra, per quam defluunt, minimè verò huius quarti fluiui sit regionis mentio, per quam pergit? Euphrates idem sonat, ac fecunditas, & abundantia: non assignatur ergo sui locus cursus, quia fecunditas, ac abundantia Dei per omnes æqualiter diffunditur, ac incedit, nec in vna regione coarctatur, sed per omnes extenditur, ac dilatatur. D. Ambrosius lib. de Paradiso. cap. 3. Euphrates Latine fecunditas, atque abundantia fructuum nuncupatur, præferens quoddam insignè iustitia, quæ omnem pascit animam, nulla enim virtus abundantiores videtur habere fructus, quàm equitas. Vide multa hoc tomo, & 1. 2. ac 3. verbo, Communicare.

Dracont.

61.

Genes. 2.

Ambros.

QVÆSTIO III.

Iudæi cum dicunt Christi testimonium non esse verum, inde comprobant esse verum.

17. BIERERVNT Christo Domino Iudæi. Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Dicunt, quod Christus Dominus de seipso testabatur; Cum tamen Christus Dominus multos testes pro se produxisset Baptistam Ioannem, Patris vocem in Baptismo, Spiritum sanctum columbæ speciem apparentem, miracula infinita, temporis circumstantias, Scripturæ testimonia, quæ omnia illum mundi Lucem, verumque Messiam esse prædicabant; sed Pharisei cæci iuxta mundi lucem erant, & tamen eam non videbant, sed suam maleuolentiam declarantes, hoc illi opposuerunt, vt eum pude facerent, & confunderent. D. Cyrillus. Ignorantia enutriti, Emanuelem non intelligentes, ipsam gloriam affectare suspicantur, & tanquam inuicem ex nostris inuehantur.

17.

Christus pro se produxerat multos testes.

Cyrril.

18.

Quilibet ex se presumit de aliis.

19.

Ad quæstionem respondeo primò, quod cum Iudæi essent mandaces, & falsi in ferendis testimoniis, inde Iesum in suo testimonio credunt mendacem, semper enim aliorum mores, & actiones ex nostris diiudicamus. Vide supra cap. 8. n. 186. & cap. 14. n. 18. & 19. Et de quo etiam iterum cap. sequenti.

Secundò, Cum Iudæi astruunt, quod Christi testimonium non sit verum, inde vehementer verum esse comprobatur, cum ab eis reiciatur: nam

EXPOSITIO IV.

RESPONDET Iesus ad obiectionem oppositam. Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum. Non negat se de se ipso testificari, sed consequentiam refutat; nam vt rectè ait D. Augustin. Verum est testimonium luminis, siue se ostendat, siue alia; lux non indiget alia luce, quia clarè se ipsam, ac vniuersa alia ostendit. Christus ergo cum sit mundi lux per sua opera, miracula, ac verba se mundo manifestat; quomodo hoc cohareat cum his quæ dixerat cap. 5. Ioan. n. 31. Testimonium meum non est verum. Late explicauit tom. 3. cap. 2. quæst. 10. ibi loquitur de se vt puro homine, hic verò agit de se vt vero Deo, vt notant D. Chryostom. D. Augustin. Leonius, Beda, Theophylact. Euthymius, D. Bonauent. D. Thomas, & alij. Ideo subdit: Quia scio vnde veni, certa, & infallibili cognitione, quia ex Deo veni. D. Augustin. Patrem enim volebat intelligi, scio quod ex Deo sum, & Deus autem sibi ipsi idoneus testis est. D. Chryost. Scio me esse filium Dei. Euthym. Scio quod à Patre Deo venerim, & ad eum ipsam vado, vtiq. filius Dei sum, & Deus. Itaque fide dignus sum, & ipsa fides, sicut & ipsa veritas. Deinde subdit: & quò vado; peragens negotia commissa Patris mei ad eum vado, vt sed eam ad eius dexteram. In his duobus verbis; Vnde veni, & quò vado, explicantur omnia, quæ de Christo testificanda erant, in ordine ad salutem generis humani. Cum ait: Veni, explicatur mysterium Incarnationis; Cum dixit: Vado, illius fructus exprimitur. Obscure Christus Dominus hic de suis magnalibus loquitur, ne se iactare videretur. Vos autem nescitis. Cum enim mihi dicenti, ac affirmanti non vultis credere me esse Dei filium, à Deo vero missum, peractaque legatione breuiter ad eum redditarum.

22.

Augustia.

Ioan. 5.

Chrysof. August. Leon. Beda. Theophyl. Euthym. D. Thomas. Bonauent.

Modestia sup. primit Christus suas laudes.

23.

Cyrril.

Chrysof.

Rupert.

Theophyl. Ammon. Leon. Euthym. D. Thom. August. Euthym. Alb Maga. Gioffa.

Mendacium à mundialis bus approbatur.

3. Reg. 22.

Caictan.

21.

Hebraor. 11.

Syr.

Caictan.

Hugo.

Lorin.

Cornel.

Actor. 16.

Mundialis falsitas est in pretio, veritas in odio.

Aldhelm.

nam erga illos communi calculo esset approbatum, si falsum confisteret, nam apud Mundiales principes falsitas magno applausu excipitur, veritas verò multo conamine expellitur; stetit Diabolus ad decipiendum Achabum coram Domino, & ait: Ego spiritus mendax in ore omnium prophetarum. 3. Reg. 22. n. 22. Cui statim dixit Dominus. Decipies, & præualebis. Vnde nam astruitur certo, quod futurum sit, quod præualeat, & decipiat; fieri enim poterat, vt regis voluntas mendacis aduersaretur; adeo falsitas in regum curiis dominatur, quod cum vnus mendacium esset egressum, quamuis etiam regi nocuum, tamen cum mendacium existeret, tam efficax esset apud omnes, vt cuncti ei adhererent, eumque magno applausu sequerentur. Caictanus. Manifestat Deus, ait, efficaciam huius medi, nempe mendacii in curia, & hoc officium diabolicum mentendi, vsque adeo versatur in curia, vt Diogenes diffinerit curiam esse locum ad decipiendum, & præualendum.

De sanctis Prophetis ait Paulus ad Hebr. 11. num. 37. Circuierunt in melotis, in pelibus caprinis egentes, angustati, afflicti. Ait Paulus quod cum pergeret per Macedoniam: Factum est autem eunibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum Pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Actor. 16. Habentem spiritum Pythonem, legit Syrus spiritum diuinationis, scilicet Dæmonem familiarem, vt explicant Caictan. Hugo, Lorinus, Cornelius, & alij. Hæc autem puella multas diuitias, ac pecunias comparabat; sed qua arte, quæue industria? Diuinando scilicet. At Prophetæ multa, & alta prædicebant, & tamen nil auri, & argenti habebant, sed egentes, angustati, & afflicti versabantur; Quanam huius rei differentia? Propheta vera annuntiabant; at puella falsa, & mendacia spargebat; apud autem mundiales veritas odium, & contemptum peperit, falsitas verò voluntates seduxit, & diuitias, ac animos sibi comparauit. D. Aldhelmus Epist. cap. 11. Pythonissa per spiritum falsitatis fruola variatur, & ob hoc sumptuosas procerum opulentias affluenter cumulans, gazasq. quæstum delictuosas affarum locupletabatur.

Ioan. 8. n. 14. Respondit Iesus, & dixit eis: Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum: quia scio, vnde veni, & quò vado, vos autem nescitis, vnde venio, aut quò vado.

Num. 15. Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam.

VERSIONES.

Tertul. n. 14. Etsi ego de me testificor, verum est testimonium meum, quia scio, vnde venerim, & quò eam.

Syriacus n. 15. Vos corporaliter iudicatis, ego neminem iudico.

Arabicus. Vos corporeum iudicatis.

Sylacra in Euang. Tom. IV.